

non magno tantum suis emolumento, sed luero pene  
 infinito suis fuisse heris, comperta est enim Aſina  
 que omnium prædiorum fertilitatem fuperavit, quando-  
 quidem in Celtiberia ſingulas Aſinas aiant quadra-  
 geris milibus nummorum fuiſſe enixas, unde traditur  
 quod olim Aſinus tanti venditus, quanti quadringenti  
 homines venditi fuere, nec uero dubitat tanta ſua fer-  
 tilitate abundat, uerum etiam quæcumque in Aſinino ventre  
 contenta imenſis utilitatum momentis reſerta ſunt,  
 ut quod Poeta de Arii filiabus in columbas conuerſis de-  
 prædicant, ea omnia de Aſinis potiori iure dici poſſe  
 uideantur, nam ut illa quidquid attingebant, in oleum  
 frumentum uinumq; conuertebant, ita et que in Aſinino  
 continentur uentre Pharmacopolium quoddam et æg-  
 rorum Horreum uocari poſſint, quare et medicum et  
 medicinam ipſam Aſinum bene comprehendaueris, teſtantur  
 libri Medicorum Pharmacopolarumq; prodeant ægri  
 et debiles in medium, quid dicunt iſti medicorum libe-  
 ri, quid dicunt? Aſini ieuar maſſatum comitialibus  
 prodeſt, ſi ieiuni comederint, Cinis quoq; unguorum Aſini-  
 narum cinis colearibus potus comitiales ipſos adiuvat,  
 et eiſdem ſtrumas diſcutit, Aſinini lactis potus ad-  
 dito melle, prodeſt diſentericis, prouocat etiam  
 nitorem cutis, propterea referunt Porphyram Heronis